VETUS TESTAMENTUM, UNVOLLSTäNDIG
Entstehungsort unbestimmt, Wende 12./13. Jh.
Seite 78v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35407
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



tue: ut addatur grã capiti tuo. ⁊ torq̃s
collo tuo. Fili mi si te lactauerint pãces: ne acquiescas eis. Si dixerit veni nobiscũ. insidiemur sãgũi.
abscondamus ueneficia: otia insonte
frustra: deglutiamus eos sicut inferus
uiuentes. ⁊ integros. quasi descendentes in lacũ. omnem pretiosam substãtiam
reperiemus. implebimus domos nras
spoliis. sortem mittemus nobiscũ: marsupium unũ sit omnium nostrum: fili mi
ne ambules cum eis. Prohibe
pedem tuum a semitis eorũ. Pedes enim
eorũ ad malũ currunt. et festinant vt
effundant sanguinem. Frustra autem
iacitur rete ante oculos pennatorũ:
ipi quoq; ad sanguinem suum insidiantur: ⁊ molunt fraudes ad animas suas. Sic semitas omis iniq; animas possidentium rapiunt. Sapia foris predicat: in
platis dat uocem suam: in capite turbarũ clamitat: in foribus portarũ urbis profert verba sua dicens. Vsq; quo parvuli diligitis infantiam. ⁊ stulti ea
que sibi sunt noxia cupiet: ⁊ imprudentes odibunt scienciam.
Conuertimini ad correpcionem meam. En proferam vobis spm meum. ⁊ ostendam verba mea. Quia vocaui et renuistis. extendi manum meam ⁊ non fuit qui
aspiceret: despexistis omne consilium meum: et increpaciones meas neglexistis:
Ego quoq; in interitu vestro ridebo. ⁊ subsannabo. cum vobis id timentibus adueniet: cum irruerit repentina calamitas. ⁊ interitus quasi tempestas ingruerit:
cum venerit super uos tribulacio et angustia. Tunc inuocabunt me ⁊ non exaudiam. mane consurgent ⁊ non inuenient
me: eo quod exosam habuerint disciplinam. et timorem domini non susceperint:
nec acquieuerint consilio meo. ⁊ detraxerint uniuerse correpcioni mee. Comedent igitur fructũ viee suae: suisq; consilis satiabuntur. Auersio paruorũ
interficiet eos. et prosperitas stultorũ
perdet illos: qui autem me audierit.
absq; terrore quiescet: ⁊ habundancia
perfruetur malorũ timore sublato.
Fili mi si suscepteris sermones meos ⁊
mandata mea absconderis penes te.
ut audiat sapiam auris tua: inclina
cor tuum ad agnoscendam prudenciam.
Si enim sapiam inuocauerit. et inclinaueris cor tuum prudencie. si quesieris eam
quasi pecuniam. ⁊ sicut thezaurus effoderis illam: tunc intelliges timorem
domini. et sciam dei inuenies. quia dns
dat sapiam. ⁊ ex ore eius scia ⁊ prudencia:
custodiet rectorũ salutem. ⁊ proteget
gradientes simpliciter: seruans semitas iusticie. ⁊ uias sanctorũ custodies:
tunc intelliges iudicium ⁊ iusticiam ⁊
equitatem ⁊ omnem semitam bonam. Si
intrauerit sapiencia cor tuum. ⁊ scia animae tue placuerit: consilium custodiet te. ⁊ prudencia seruabit te: ut eruaris de via
mala. ab homine qui pauca loquitur: qui
reliquit iter rectum. ⁊ ambulat per uias
tenebrosas: qui letantur cum male fecerit.
et exultant in rebus pessimis: quorũ iuiae
peuerse. ⁊ infames gressus eorũ. ut eruaris a muliere aliena ⁊ abertanea.
que mollit sermones suos. ⁊ reliquit
ducem pubertatis suae: ⁊ pacti dei sui oblita est. inclinata est enim ad mortem domus
eius. ⁊ ad inferos semitae ipius. omnes qui
ingrediuntur ad ea non redeunt. nec apprehendent semitas uitae: ut ambules in
uia bona. ⁊ calles iustorũ custodias. Qui enim recti sunt habitabunt in terra: ⁊ simplices permanebunt in ea. Impii vero de terra perdentur. et qui inique agunt auferentur ex ea.
Fili mi ne obliuiscaris legis mee: ⁊
precepta mea custodiat cor tuum. Longitudinem enim dierũ ⁊ annorũ vitae: ⁊ pacem apponent tibi. Misericordia et veritas non te deserant. Circumda eas gutturi tuo. et
describe in tabulis cordis tui: ⁊ inuenies gratiam ⁊ disciplinam bonam coram deo ⁊ -
hominibus. Habe fiducia in domino ex toto
corde tuo: ⁊ ne innitaris prudencie tue.
In omnibus uiis tuis cogita illum. ⁊ ipse diriget gressus tuos. Ne sis sapiens apud te